Maximi monachi Planudis epistularum libri manu scripti enumerantur in Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca quam nova cura edidit Gottlieb Christophorus Harles, Hamb. 1808, in vol. XI. pag. 688. nr. 21. alii quod sciam non exstant. falso enim Bernardus de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum MSS. nova, Par. 1739, in tom. I. pag. 501. a. m. epistulas Planudeas censet in codice quodam esse Ambrosianae Mediolanensis.

exstant Planudis epistulae CXXI, in unum corpus congestae: omnes insunt in codicibus tribus, in codice

Laurentiano LVI 22, L
Monacensi L, M
Vindobonensi CCLXIX. V

partem epistularum continent codices hi:

Laurentianus XXXII 16: inest in uno et dimidio folio quod inscribitur *ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ πλανούδη* epistula XCII. integra, tum loci parvuli ex aliis epistulis electi, ut ex extrema epistula LXXXVI. *οἷς ἑκάστοτε μετάνοιαν πέμπομεν καὶ αὖθις πέμπομεν*, ex extrema epistula LXXXV. *ἔρρωσο καὶ μέμνησο τοῦ μεμνημένου*, alii. desinit in verbis epistulae CXXI. *μάλιστα δὲ πάντων φιλῶν, οὐκ ἄν σοι μαρτύρων.* nullius est pretii.

Laurentianus LVI 3: sedecim sunt folia, alter et tertius quaternio epistularum codicis olim ut videtur integri. servatae sunt epistulae inde a verbis epistulae IX. *καὶ νικῶ λέγων* usque ad verba epistulae XXXI. *ἐχιδνῶν ὠνόμαζε, τούτους.* nomina eorum quibus inscriptae sunt epistulae minio scripta fuerunt, sed data opera erasa sunt. F

Laurentianus LIX 30 unam habet epistulam XLIIX.

*

i *Matritensis* LXXII: habet in foliis novem XI epistulas hasce: I II III IV XIIX XX XXI XXII IX XXV L.

T *Taurinensis* CCCLIV: continet in quattuor quaternionibus epistulas XXII hasce: I XII XI XVII III LXIV LXVI LXVII LXIIX XC XCVII IIXC CII CVII IXC C CVI CXIII CXIV CXIIX CXIX LXII. hic quidem est rectus epistularum in codice ordo. nam falso nunc quartus et tertius quaternio alteri praecedit.

horum codicum aestate anni 1877 transcripsi Monacensem, transcriptum annis deinceps contuli cum Laurentianis et cum Vindobonensi. de Taurinensi quae scire mea intererat ad me perscripsit *Iosephus Müller*. Matritensem nisi ex eis quae Ioannes Iriarte in catalogo codicum regiae bibliothecae Matritensis satis ut videtur mendose scripsit non cognovi.

eis igitur quos novi codicibus perspicuum est hanc cum epistulis quas sua ipsius manu scripsit Planudes intercedere necessitudinem, ut omnes ex duobus earum apographis descripti sint: ex altero apographo, chirographi Planudei tanquam nepotes, sunt codices LF, ex altero VMT. illorum fratrum praestantior est L, horum V, sed codice L paulo inferior: neglegens haud raro uterque, libidini tamen indulgens nunquam.

itaque in restituendis epistulis eam legem diligenter observavi, ut codicum L et V scripturas congruentes fere semper reciperem, reliquos tacite spernerem; ubicumque dissentirent inter se optimi, respiciens codices FM, aliquotiens etiam T, ea praeferrem, quae et dicendi usu et sententia mihi magis probarentur, discrepantia infra enotarem. quibus in locis ne manifesta quidem praetermisi librariorum menda. consulto tamen ut par est neglexi quae librarios nihil curare constat: interpungendi quidem signa neque constanter ab eis adhibentur neque quicquam ad sententias recte iungendas conducunt. ι mutum temere aut scribunt aut omittunt (frequens est in L, in V uni fere litterae η paulo infra lineam adscribi solet). spiritus utriusque, apostrophi, coronidis usus nullibi certus, paulo accuratius, enclisim modo exceperis, accentuum leges observantur.

a corrigendi autem studio plurimum afui. Byzantinorum enim gregi adsignandus est Planudes, infimae Graecitatis: natum eum esse paulo post medium saeculum tertium decimum p. Chr. n. docui in studiis meis ad Plutarchi moralium historiam criticam pertinentibus, part. I. pag. XIV ss., Waldenb. 1877, hae autem epistulae maximam partem anno 1296 p. Chr. n. scriptae sunt. non quidem sum nescius Planudem, multiplici et varia doctrina omnibus fere qui tum erant praestantem, veterum scriptorum dictionem et elegantiam exprimere atque recreare sedulo studuisse: in verborum tamen et conformatione et significatione et constructione ut ex diversae aetatis oratione et soluta et vincta hinc illinc plurima libavit, ita in vulgarem illum et depravatum aequalium sermonem quamvis invitus saepe relapsus est.

Planudis epistulas omnes nunc edidi primus: epistulam LXXXIV. una cum versione latina impresserat *Iac. Phil. Dorville* in Observationibus miscellaneis, Amstel. 1733 vol. II. tom. III. pag. 446 s. ex codice V. idem indicem epistularum evulgavit pag. 448 ss. nomina eorum ad quos scriptae sunt epistulae, prima et extrema earum verba exhibuerunt in catalogis quos Harlesius recenset l. l. Bandinius, Pasinus, Iriarte, Hardt. viginti denique epistulas I V XII XXIIX XXXIII XXXV XLVI LXIV—LXIIX XCV IIXC C CVI CX CXIV CXIX CXX edidit *Aeneas Piccolomini* in *Estratti inediti dai codici greci della biblioteca Mediceo-Laurenziana,* quem libellum et in *Annali delle Università Toscane tom. XVI.* et separatim publicavit Pisis 1879. usus est codicibus LT, de codice T accurate exposuit. scripturas eius discrepantes nota p significavi, operarum menda neglexi. cui viro eruditissimo velim placeant haec mea qualiacumque sunt.

Praeter has epistulas CXXI commemorantur in libris epistulae Planudis quas quidem invenerim duae. quarum altera perperam epistula dicitur: est narratiuncula iocosa sane arte a Planude consuta, qua verbis ludit quae varie scribuntur, eodem sono ab itacistis enuntiantur. alteram Planudis epistulam esse negaverim. quas haud ab re videtur esse hic praemittere.

narratiuncula est in codice Vindobonensi CXXIII et in Marciano CDLXXXI: quam ex illo (V) in meum usum proximo anno exscripsit *Pius Knöll*, vir mihi carissimus, in hoc (M) ipse inveni ante hos quattuordecim annos. v. libellum meum de librorum Plutarcheorum catalogo Lampriae olim vulgo adscripto, Waldenb. 1873, pag. 22 s.


ΜΑΞΙΜΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΗ

Ἐρημην ποτὲ καταδικασθεὶς ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἦειν καὶ οὐχ εὗρον ὃν ἂν ἐροίμην, τίς ποτε χῶρος αἱρεῖ μιν. καὶ δη τὴν ὡς ἐκεῖνον φέρουσαν ἀγνοῶν πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον· εἰ μή τις ἐρεῖ μιν, αἱροίμην ἂν καταδεδικάσθαι μᾶλλον ἢ πλανᾶσθαι ἀνηνυτα. καύματος οὖν ἐπιγενομένου κατὰ γῆς τε ἐρρίμμην καὶ ἀπεγίνωσκον, πῶς ἂν ἐκεῖθεν αἱροίμην. πηγὴν μέντοι πλησίον οὖσαν αἰσθόμενος μόλις τε πρὸς αὐτὴν εἵρπυσα κἀκεῖθεν αὖθις ἀναστὰς ὡδοιπόρουν. καὶ γὰρ αὖθι καὶ πέπωκα καὶ ἐρρύμμην καὶ ἀνέψυξα καὶ ἐμαυτὸν θανάτου ἐρρύμην. ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἄν μοι συνέβη, αἳ ῥύμην ἐβάδιζον πόλεως: —

epistula illa vere Byzantina, ineptae sane et insulsae sagacitatis, est in codice Taurinensi quem supra dixi, sed alio loco alia manu, atque XXII illae genuinae, inde a fol. 211^{r} usque ad fol. 213^{v}. de qua Iosephus Pasinus in catalogo: alia eiusdem Planudae epistola, cuius titulus fere abrasus est. quibus verbis Aeneas Piccolomini l. l. addit: ma ognuno vi può leggere: *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ [Μαξ]ίμ[ου] . . . . . ἐπιστολὴ πρὸς κύριον αὐ[τοκράτορα?]*. totam epistulam qua solet accuratione ad me perscripsit anno proximo *Iosephus Müller*, cui pro insigni erga me comitate maximas gratias ago. idem descripsit e codice imposita perlucida charta epistulae inscriptionem, cuius imago haec est:

---

[1] *ἐπιστολὴ κυροῦ μαξίμου τοῦ πλανούδη*: V [2] *εἰρύμην ποτὲ* M sed de litteris *εἰ* et *υ* nunc dubito scriptura paene evanida [4] litterae *ὡς ἐκεῖνον φέρουσ* evanuerunt in M [5] *μᾶλλον δὲ* (?) *ὡς πλ.* M [6] litt. *ανᾶσ* et *ἀνήνυ* evan. in M [7] verbum *ἀπεγίνωσκον* evan. in M [8] verb. *πηγὴν* evan. in M [9] *γὰρ οὖν καὶ* V [11] *ταῦτα — συνέβη* om. V scriptura inter *μοι* et *αἳ* evan. in M supplevi *συνέβη*, nam tale quid requiritur.



luculente apparet et spatium illud inter κυρου̃ et ἐπιστολὴ artius esse quam ut capiat verba μαξίμου τοῦ πλανούδη neque quod reliquum est compendii legi posse ἰμ. ceterum post compendium vocis κύριον litteras non legerim αὐ, sed ἀν, ut haud scio an scriptum fuerit ἀν[δρόνικον] τὸν [παλαιολόγον]. epistula autem est haec:

Εὔρυτος καὶ Κτέατος οἱ Μολιονίδαι δόξαν καὶ μέχρι τοῦ παρόντος τῷ σοφῷ παρέσχον Ὁμήρῳ· συμφυεῖς οὗτος ἐκείνους διατείνεται γεγονέναι. τέρας ἕτερον κατὰ τὸν τριπλοῦν Γηρυόνην μετὰ τοὺς διφυεῖς Χείρωνά τε καὶ Κέκροπα καὶ τὸν ἐν λαβυρίνθῳ Κρήτης Μινώταυρον, ὃν ἀπήγαγε τοῦ βίου Θησεύς· τὸν γάρ τοι Τυφῶνα παρελθεῖν μοι δοκῶ διὰ τὸ πάμπολυ προλαβεῖν τῆς ἡλικίας τῶν εἰρημένων καὶ σφόδρα τῶν νόμων ἐκτετοπίσθαι τῆς φύσεως.

οἵ γε μὴν συμφυεῖς πέπονες οὗτοι καὶ τήν τε χροιὰν καὶ τὸ μέγεθος ἀλλήλων μικρὰ ἢ οὐδὲν διαλλάττοντες δοκοῦσι μυθολογίας ἀπολύειν τὸν ποιητήν, ὁπότε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς χρόνος τοιοῦδε τοῦ ἐκ φύσεως καινουργήματος θεατὰς ἡμᾶς ἐφιλοτιμήσατο παραστῆσαι. ἔδει γὰρ ὡς ἔοικε τοῦ μὲν πάλαι χρόνου καὶ ὅτε κόσμος καθίστατο περὶ τὰ ἔμψυχα τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην καινοτομίαν φιλοτεχνεῖν· νυνὶ δὲ περὶ τὰ ἄψυχα, ὡς ἂν μὴ ἐκ θατέρου τῶν ἀντιδιῃρημένων ἐκ σώματος ὑποσκάζων ὁ κόσμος ὁρῷτο, εἴη ἂν οὗτος αὐταρκέστατός τε καὶ παντελέστατος τον αὐτὸν δὴ τρόπον οὐδὲ τῆς ἐν εἴδεσι ποικιλίας ἐνδέων. ἀλλὰ Μολιονίδας μὲν Ἡρακλῆς ἐπιθέμενος σφίσιν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρεν, ὅτι δὴ τῆς ἐπὶ τοὺς Ἠλείους στρατείας ἐπιτείχισμα ἦσαν αὐτῷ· τοὺς δὲ πέπονας τίς οὕτω στερεοκάρδιος Ἡρακλῆς, ὡς ἤτοι ἀνελεῖν φιλονεικῆσαι ἢ διελεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον, εἴπερ οἷόντ' ἦν, ἀποθανατίσαι πρόθυμος παντὶ σθένει γε-

---

[1] δόξ[αν] litterae αν evanuerunt. supplevit m [Iosephus Müller] [2] erras, bone. Homerus nusquam dicit Molionidarum corpora in unum coaluisse [17] εἴη [ἂν]? ego εἴη [δὲ οὗ]τ[ος αὐ]ταρκ. m [18] παντελέ[σ]τα[τος] m εἰδέσιν cod. [23] πρ. corr. ex προθύμως

νέσθαι, ἢ τὸ γοῦν δεύτερον συγγραφῇ παραδοῦναι, ἵνα, ὡς τὸ ἐκείνων ἡ Ὁμήρου ῥαψῳδία πολὺ πεποίηκεν εἶναι, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ οὗτοι τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου τὴν μνήμην ἀείμνηστον ἔχοιεν; εἰ γὰρ ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ κακοῦν ἄλλους καὶ τῷ Διὸς υἱῷ ἐμποδὼν καθεστάναι τῶν ἐν χερσὶν ἔτι καὶ νῦν εἰσι παρ' ἡμῶν γινωσκόμενοι, πολλῷ μᾶλλον οὗτοι εἰς τὸν ἔπειτα καὶ ἑξῆς χρόνον τοῦ συνεῖναι τῇ φήμῃ καὶ διαμένειν εἰσὶν ἀξιώτεροι. καὶ γὰρ οὔτε τοὺς ἐν συγχώρῳ ὄντας χεῖρόν τι διατιθέασι καὶ οἷς εἰς ὄψιν ἥκουσι τέρψιν ἐνιᾶσι καὶ θαῦμα. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ οὐδ' αὐτὸν Ἡρακλῆν, εἰ παρῆν, τούτοις ἐπιχειρῆσαι βουλεύσασθαι· ἐμαλάχθη γὰρ ἂν δυσωπηθεὶς κἀκεῖνος τῷ θαύματι, καὶ δευτέρα μετὰ τὴν προτέραν ἐπεπόλασεν ἡμῖν παροιμία δὶς ἡ αὐτὴ λεγομένη ‚πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς', καὶ ὡς πείθειν ἐμαυτὸν ἔχω δικαιότερον ἐνταυθοῖ· ὁ γὰρ πρὸς πόλεις ὅλας παραβαλλόμενος καὶ συντεταγμένοις στρατεύμασι μόνος ἀντιτάττομενος σχολῇ γ' ἂν δυεῖν ἀνθρώπων ἡττήθη.

ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· ὅτου δὴ χάριν ὁ πέμπων τὸ δῶρον τὴν αὐτοῦ χρῆσιν ἀπαγορεύεις; ὅτι, ὦ οὗτος, οὐκ ἀνάλογον πρὸς βασιλέα τηλικοῦτον τὸ δῶρον, οἷος ὁ ἐμὸς βασιλεύς, εἰ πρὸς τὴν χρῆσιν τὸν λογισμὸν τείνεις· τοῦ δὲ μὴ τοιοῦτον θαῦμα τὸν θαυμάσιον ἐν βασιλεῦσι παραδραμεῖν οὐκ ἠξίωσα συγκαλύψας ἔχειν παρ' ἐμαυτῷ. καὶ εἰ ῥᾴδιον ἦν πίστιν ἐνεργάσασθαι τῷ θαύματι διηγούμενον κἀκ μόνου τέρψαι τὸν ἀκροατὴν λόγου μᾶλλον ἢ τὸν θεατὴν ἐκ τῆς ὄψεως, οὐδὲν ἔδει τῆς ἐν ὕλῃ δείξεως καὶ τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀντιλήψεως — ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο νῦν ἐπὶ νοῦν ἀνέβη, θειότατε βασιλεῦ — καὶ ἴσως οὐκ ἀπὸ μαντικῆς διαλήψεως. καταμαντεύομαι γὰρ ἐπ' αἰσίοις σέ, τον θεσπέσιον βασιλέα, αἰνίττεσθαι τὸ τῆς ὀπώρας ἡδὺ καὶ παράδοξον. σὺ γὰρ τά τε τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῦ σώματος πλεονεκτήματα, δοκοῦντα πρότερον διηρτῆσθαι καὶ ἥκιστα εὐφυῶς ἔχειν συνιέναι ἀλλήλοις, θαυμασίως συνέπλεξας καὶ ξένην ἐντεῦθεν συνεστήσω τὴν ἁρμογήν. καὶ τὸ τῆς ὀπώρας ὡραῖον οὐχ ὅτι ὡραῖος ἤδη καὶ πάγκαλος κατὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ ὁρᾶσθαι ἔχεις ἐν ταὐτῷ καὶ νοεῖσθαι; ὅτι δὲ καὶ ἡδὺς ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον, ἃ πᾶσαν τὴν ἐν αἰσθητοῖς συν-

---

31 συγχ[ώρῳ ὄν]τας ego 32 εἰς[ὄψιν ἡ]κ[ου]σι ego 44 βασιλεῦσιν cod. παρ[αδ]ραμ[εῖν] ego 45 ᾽[έ]χ[ειν πα]ρ᾽ ego 58 ὑπ[ὲρ]μ[έλι] m αἰσθητοῖ[ς] m [συνέχει] vel simile quid ego

ἔχει γλυκύτητα, ὁ τοῦ πράου καὶ προσηνοῦς Ἰησοῦ μιμητὴς βασιλεύς, οὔτε πρόσθεν ἡμῖν ἀγνοούμενον ἦν καὶ νῦν καὶ τὰ ἄψυχα προσειλήφαμεν ἔργοις τῷ λόγῳ συμμαρτυροῦντα. τό γέ τοι ναστὸν τῆς ὀπώρας καὶ τὸ βαρύσταθμον οὐχ ἑτερόν τι δηλοῦν, ᾧ παρισοῖμεν ἄν, βούλεται, ὅτι μὴ τὸ στεγανὸν τῆς τοῦ βασιλέως φρονήσεως καὶ τῆς ἀγχινοίας τὸ ἐμβριθές. λειπόμενόν ἐστι φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς καὶ περὶ τῆς χροιᾶς, ὅπως τὸν περὶ τὸν βασιλέα χρυσὸν καὶ τὴν πορφύραν ἐν τῷ μέρει ἀναμάξασθαι βουλομένη εἰς τὸ κιρρὸν καὶ οἷον φοινικοῦν ἀποπέποπεν. οὐ γὰρ συνεχώρησεν ὁ βασιλεὺς τὸν ἑαυτοῦ κόσμον ἀκραιφνῆ καὶ τοῖς ἐλαχίστοις.

ἀλλὰ σύγε, θειότατε βασιλεῦ — σοὶ γὰρ πάλιν φέρων παραδίδωμι τὴν ἐπιστολήν —, μηδαμῶς νεμεσήσεις, εἰ ἐξ ὀπώρας σε μιᾶς εἰκονίζειν ἐπεβαλόμην. καὶ ὁρᾷς γὰρ δήπου καὶ αὐτός, ὡς ὁ κοινὸς ἡμῶν βασιλεὺς καὶ δεσπότης Ἰησοῦς οὐκ ἐκ πενιχροτέρων μόνον ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ — ὧν οὐδὲν εὐωνότερον — ἐκ λίθων ἐν τοῖς θείοις χρησμοῖς ἀναγράφεται. τοῦτον, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τῶν τοιούτων αὐτῷ σε εἰκάζω, σύμμαχον, προστάτην, ὑπερασπιστὴν καὶ εἴ τι κάλλιστον καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα εἶναί σοι διὰ χρόνων μακρῶν ἐν εὐχαῖς τίθεμαι: —

---

[62] παρισοῖμεν ἄν? ego. codicis παριστάμενοι quid sibi velit non intellego [65] καὶ ἡμᾶς περὶ cod. [71] εἰ pro ἢ ego ὀπ[ώρα]ς m [72] καὶ ὁρᾷς vel simile quid ego. κ . . . .ῖς cod.